

Thomae de Aquino

Scriptum super Sententiis

Prooemium libri IV

*Misit verbum suum, et sanavit eos,
et eripuit eos de interitionibus eorum. Psal. 106,20.*

Ex peccato primi hominis humanum genus duo incurrebat, scilicet mortem, et infirmitatem.

[a] Mortem propter separationem a vitae principio, de quo in *Psal. 35,10*, dicitur: „Apud te est fons vitae“; et qui separatur ab hoc principio, de necessitate moritur: et hoc factum est per primum hominem. Unde dicitur *Rom. 5,12*: „Per unum hominem peccatum in mundum intravit, et per peccatum mors“.

[b] Infirmitatem vero propter destitutionem gratiae, quae est hominis sanitas, quae petitur *Hierem. 17,14*: „Sana me domine, et sanabor“; et ideo in *Psal. 6,3*, dicitur: „Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum“.

[a] Ad hoc autem sufficiens remedium haberi non poterat, nisi ex verbo Dei, quod est „fons sapientiae in excelsis“, *Eccli. 1 [5]*, et per consequens vitae: quia sapientia vitam tribuit possessori, *Eccli. 7*; unde dicitur *Joan. 5,21*: „Sicut Pater suscitavit mortuos et vivificavit; sic filius quos vult, vivificat“.

[b] Ipsum etiam est virtus Dei, quo omnia portantur; *Hebr. 1,3*: „Portans omnia verbo virtutis suae“; et ideo est efficax ad infirmitatem tollendam. Unde in *Psal. 32,6*, dicitur: „Verbo Domini caeli firmati sunt“; et *Sap. 16,12*: „neque herba neque malagma sanavit eos, sed sermo tuus, domine, qui sanat omnia“.

Sed quia „vividus est sermo Dei et efficax, et penetrabilior omni gladio accipiti“, ut dicitur *Heb. 4,12*, necessarium fuit ad hoc quod nobis medicina tam violenta proficeret, quod ei carnis nostrae infirmitas adjungeretur, ut nobis magis congrueret. *Hebr. 11,17*: „Debit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret. Et propter hoc, „Verbum caro factum est, et habitavit in nobis“; *Joan. 1, 14*.

Thomas von Aquin

Schrift über die Sentenzen

Vorrede zu Buch IV

*Er sandte sein Wort und heilte sie
und entriß sie ihren Verderbnissen. (Ps 106,20)*

Durch die Sünde des ersten Menschen widerfuhr dem Menschengeschlecht zweierlei: nämlich [a] Tod und [b] Krankheit.

[a] Der Tod durch die Trennung vom Ursprung des Lebens, von dem es in *Ps 35,10* heißt: „Bei dir ist die Quelle des Lebens“; und wer von diesem Ursprung getrennt wird, stirbt notwendigerweise. Und dies geschah durch den ersten Menschen. Daher heißt es in *Röm 5,12*: „Durch einen Menschen kam die Sünde in die Welt und durch die Sünde der Tod“.

[b] Die Krankheit aber durch den Verlust der Gnade, welche die Gesundheit des Menschen ist, die in *Jer 17,14* erbeten wird: „Heile mich, Herr, und ich werde gesund.“ Und daher heißt es in *Ps 6,3*: „Erbarme dich meiner, Herr, denn ich bin krank.“

[a] Dafür aber konnte kein hinreichendes Gegenmittel erlangt werden, außer durch das Wort Gottes, das „die Quelle der Weisheit in der Höhe“ (*Sir 1,5*) und folglich des Lebens ist. Denn die Weisheit verleiht ihrem Besitzer Leben (*Sir 7*). Daher heißt es in *Joh 5,21*: „Wie der Vater die Toten auferweckt und lebendig macht, so macht auch der Sohn lebendig, die er will.“

[b] Es selbst ist auch Gottes Kraft, durch die alles getragen wird: „Er trägt alles durch sein kraftvolles Wort“ (*Hebr 1,3*). Und daher ist es wirksam, Krankheit zu beseitigen. Daher heißt es in *Ps 32,6*: „Durch das Wort des Herrn sind die Himmel befestigt“, und in *Weish 16,12*: „Weder durch Kräuter noch durch Umschläge heilte er sie, sondern dein Wort, Herr, ist es, das alles heilt.“

Weil aber „das Wort Gottes lebendig ist und wirksam und eindringlicher als jedes zweischneidige Schwert“, wie es in *Hebr 4,12* heißt, war es dazu, daß uns eine so heftige Medizin nutzte, notwendig, daß die Schwachheit unseres Fleisches ihm verbunden würde, damit es uns mehr entsprach. „Er mußte in allem seinen Brüdern ähnlich werden, um barmherzig zu sein“ (*Hebr 11,17*). Und deswegen „ist das Wort Fleisch geworden und hat unter uns gewohnt“ (*Joh 1,14*).

Sed quia haec medicina tantae est efficaciae ut omnes sanare possit (“virtus enim exibat de illo, et sanabat omnes”, ut dicitur *Luc.* 6,19), ideo ab hac universali medicina et prima aliae particulares medicinae procedunt universali medicinae conformes, quibus mediandis virtus universalis medicinae proveniat ad infirmos: et haec sunt sacramenta, in quibus sub tegumento rerum visibilium divina virtus secretius operatur salutem, ut Augustinus dicit.¹

Sic ergo in verbis propositis tria tanguntur: scilicet [1] confectio medicinae, [2] sanatio ab infirmitate, et [3] liberatio a morte.

[1] Confectio medicinae tangitur in hoc quod dicit: “Misit verbum suum”; quod quidem referendum est

[1.1] et ad verbi incarnationem, quod dicitur a Deo missum, quia caro factum; *Gal.* 4,4: “Misit Deus filium suum factum ex muliere”;

[1.2] et ad sacramentorum institutionem, in quibus “accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum”², ut sic sit conformitas sacramenti ad verbum incarnatum. Sanctificatur enim creatura sensibilis per verbum Dei et orationem; 1 *Timoth.*, 4 [5].

[2] Sanatio autem ab infirmitate peccati et reliquiarum ejus, tangitur in hoc quod dicitur: “Et sanavit eos”; quae quidem sanatio per sacramenta fit: unde ipsa sunt unguenta sanitatis, quae Christus quasi unguentarius confecit;

[2.1] unde et in *Psal.* 102,3, dicitur: “Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis”, quantum ad peccata;

[2.2] “Qui sanat omnes infirmitates tuas”, quantum ad peccatorum reliquias.

[3] Liberatio autem a morte tangitur in hoc quod dicitur: “Et eripuit eos de interitionibus eorum”.

[3.1] Et quia interitus in mortem violentam sonare videtur, ideo congrue ad poenalem mortem referri potest: quia ratio poenae est ut contra voluntatem sit, sicut ratio culpae ut sit voluntaria; et ideo culpa ad infirmitatem reducitur, poena ad mortem: quia via ad poenam est culpa, sicut infirmitas ad mortem.

¹ Korrekt: Isidor von Sevilla, *Etymologiarum* VI 19, 40 (ed. Lindsay); vgl. Gratian, *Decretum*, P. 2, causa 1, q. 1, can. 84 (ed. E. Friedberg, 388).

² Vgl. Augustinus, *In Iohannis euangelium tractatus* 80, 3 (CCSL 36).

Weil aber diese Medizin von solcher Wirksamkeit ist, daß sie alle heilen kann („es ging nämlich eine Kraft von ihm aus, die alle heilte“, wie es in *Lk* 6,19 heißt), daher gehen aus dieser allgemeinen und ersten Medizin andere besondere Medizinen hervor, die der allgemeinen Medizin gleichförmig sind und durch deren Vermittlung die Kraft der allgemeinen Medizin zu den Kranken gelangt; und dies sind die Sakramente, in denen unter der Hülle sichtbarer Zeichen die göttliche Kraft auf verborgene Weise das Heil wirkt, wie Augustinus sagt.

So wird folglich in den vorangestellten Worten dreierlei angesprochen: nämlich [1] die Zubereitung der Medizin, [2] die Heilung von der Krankheit und [3] die Befreiung vom Tod.

[1] Die Zubereitung der Medizin wird angesprochen, wenn es heißt: „Er sandte sein Wort“. Dies ist zu beziehen

[1.1] sowohl auf die Fleischwerdung des Wortes, von dem es heißt, es sei von Gott gesandt, weil es Fleisch geworden ist: *Gal* 4,4: „Er sandte seinen Sohn, geboren aus einer Frau“;

[1.2] als auch auf die Einsetzung der Sakramente: in ihnen „tritt das Wort zum Element, und es wird das Sakrament“, so daß auf diese Weise eine Gleichförmigkeit des Sakraments zum fleischgewordenen Wort besteht. Denn die sinnhafte Schöpfung wird geheiligt durch das Wort Gottes und das Gebet: 1 *Tim* 4,5.

[2] Die Heilung von der Krankheit der Sünde und ihren Folgen aber wird angesprochen, wenn es heißt: „und er heilte sie“. Diese Heilung geschieht ja durch die Sakramente. Daher sind sie selbst Salben der Gesundheit, die Christus gewissermaßen als Salbenmischer zubereitet.

[2.1] Daher heißt es auch in *Ps* 103 (102),3: „Der all dein Unrecht vergibt“ im Hinblick auf die Sünden;

[2.2] und „der all deine Krankheiten heilt“ im Hinblick auf die Sündenfolgen.

[3] Die Befreiung vom Tod aber wird angesprochen, wenn es heißt: „Und er entriß sie ihren Verderbnissen“.

[3.1] Und weil „Verderbnis“ nach einem gewaltsamen Tod zu klingen scheint, daher kann man [das Wort] angemessen auf die Strafe des Todes beziehen. Denn der Begriff der Strafe besagt, daß sie gegen den Willen geschieht, wie der Begriff der Schuld besagt, daß sie willentlich geschieht. Und daher wird die Schuld auf die Krankheit bezogen, die Strafe auf den Tod. Denn die Schuld ist der Weg zur Strafe, wie die Krankheit [der Weg] zum Tod ist.

[3.2] Non solum autem separatio animae a corpore mors dici potest, sed etiam omnes praesentis vitae poenalitates: et ideo pluraliter interitiones nominantur, sicut et 2 *Cor.* 11,23: „In mortibus frequenter“.

[3.1] A morte ergo corruptionis naturae eripiet verbum incarnatum per resurrectionem: quia „in Christo omnes vivificantur“; 1 *Corinth.* 15,22, *Isai.* 26,19: „Vivent interfecti mei“ etc.;

[3.2] sed a mortibus poenalitatum per gloriam: tunc enim absorpta erit mors per victoriam; 1 *Corinth.* 15;

et de his in *Psal.* 102,4, dicitur:

[3.1] „Qui redimit de interitu vitam tuam“, quantum ad primum:

[3.2] „qui coronat te in misericordia“, quantum ad secundum.

Sic ergo ex verbis propositis tria possumus accipere circa hunc quartum librum, qui prae manibus habetur,

[a] scilicet materiam: quia in eo agitur de sacramentis, et de resurrectione et gloria resurgentium.

[b] Item continuationem ad tertium librum: quia in tertio agebatur de missione verbi in carnem, in hoc autem libro de effectibus verbi incarnati; ut quartus respondeat tertio, sicut secundus primo.

[c] Item divisionem istius libri. Dividitur enim in partes duas:

[c.a] in prima determinat de sacramentis;

[c.b] in secunda determinat de resurrectione, et gloria resurgentium [...].

(Lateinischer Text: corpusthomaticum.org)¹

¹ Textum Parmae 1856 editum ac automato translatum a Roberto Busa S] in taenias magneticas denuo recognovit Enrique Alarcón atque instruxit

[3.2] Nicht aber die Trennung der Seele vom Leib allein kann Tod genannt werden, sondern auch alle Strafen des gegenwärtigen Lebens. Und daher werden sie in der Mehrzahl Verderbnisse genannt, wie auch in 2 *Kor* 11,23: „Oft in Todesfällen“.

[3.1] Vom Tod der Verderbnisse der Natur hat uns daher das fleischgewordene Wort durch seine Auferstehung entrissen, denn: „in Christus werden alle lebendig gemacht“ (1 *Kor* 15,22). „Meine Erschlagenen sollen wieder leben“ (*Jes* 26,19).

[3.2] Von den Toden der Strafen aber durch die Herrlichkeit. Dann nämlich ist der Tod vom Sieg verschlungen, 1 *Kor* 15.

Und hiervon heißt es in *Ps* 103,4:

[3.1] „Der dein Leben von der Verderbnis erlöste“ im Hinblick auf das erste;

[3.2] „Der dich in Erbarmen krönt“ im Hinblick auf das zweite.

So können wir den vorangestellten Worten folglich dreierlei entnehmen im Hinblick auf das vierte Buch, das wir in Händen halten,

[a] nämlich den Gegenstand, denn in ihm wird von den Sakramenten gehandelt, und von der Auferstehung und der Herrlichkeit der Auferstandenen;

[b] ebenso die Verbindung zum dritten Buch, denn im dritten Buch wurde von der Sendung des Wortes ins Fleisch gehandelt, in diesem Buch aber von den Wirkungen des fleischgewordenen Wortes, so daß das vierte Buch dem dritten entspricht, so wie das zweite dem ersten.

[c] ebenso die Einteilung dieses Buches. Es teilt sich nämlich in zwei Teile:

[c.a] im ersten behandelt es die Sakramente;

[c.b] im zweiten behandelt es die Auferstehung und die Herrlichkeit der Auferstandenen [...].

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)